Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



80 12

ne iudicamus nos: quia fallamur es tu et deū
mum hēs? Ait ihs. Ego demonium nō hēo: sed
honorifico patrem meum et vos inhonorastis me.
Ego autem non quero gloriam meam. est qui querat et iu
dicet. Amen amen dico vobis. si quis sermonem me
um seruauerit non videbit mortem in eternum. Dixe
runt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demo
nium hēs. Abraham mortuus est et prophete. et tu
dicis si quis sermonem meum seruauerit non gu
stabit mortem in eternum? Numquid tu maior es patre nō a
braham qui mortuus est? Et prophete mortui sunt
Quem te ipsum facis? Ait ihs. Si ego glorifico me
ipsum: gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat
me: quem vos dicitis quia deus vester est. et non cognos
cistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia
nescio eum: ero similis vobis mendax. sed scio
eum et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exul
tauit ut videret diem meum et vidit et gauisus est.
Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos
non dum hēs et abraham vidisti? Dixit eis ihs
Amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego
sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Ihs
autem abscondit se et exiuit de templo Offertorium Confitebor
tibi domine in toto corde meo recitabo omnia mirabilia tua laetabor et exulta
bo in te seruos tuos ~~viuam et exultabo in te seruos tuos viuifi~~
ca me secundum verbum tuum domine Secreta Hec munera quis
domine et vniuersa nostre pravitatis abluant. et tue
nobis nostre dona conferant. Per Communio Hoc corpus quod
pro nobis tradetur hic calix noui testamenti est in meo sanguine di
cit dominus hoc facite quotiescumque sumpseritis in meam commemoracionem